

Thomae de Aquino

Scriptum super Sententiis

Prooemium libri II

*Spiritus eius ornavit caelos,
et obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus.
Iob 26, 13.*

Creaturarum consideratio pertinet ad theologos, et ad philosophos; sed diversimode.

[a] Philosophi enim creaturas considerant, secundum quod in propria natura consistunt; unde proprias causas et passiones rerum inquirunt:

[b] sed theologus considerat creaturas, secundum quod a primo principio exierunt, et in finem ultimum ordinantur qui Deus est; unde recte divina sapientia nominatur: quia altissimam causam considerat, quae Deus est. Unde dicitur *Eccli. 42,17*: „Nonne Deus fecit sanctos suos enarrare omnia mirabilia sua?“

Per modum istum in hoc secundo libro de creaturis agitur; unde materia eius ex verbis praemissis accipi potest, ex quibus tria elicere possumus, scilicet rerum principium, principii ipsius actum, et actus effectum.

[1] Ex parte principii duo tanguntur, scilicet [1.1] spiritus, et [1.2] manus: spiritus bonitatis vel voluntatis suae; sed manus potestatis.

[1.1] De hoc spiritu dicitur in *Psalms. 103,30*: „Emitte spiritum tuum et creabuntur“. Quia secundum Dionysium¹, sicut sol radios suos emittit ad corporum illuminationem, ita divina bonitas radios suos, idest participationes sui, diffundit ad rerum creationem. Et ideo Augustinus dicit, quod in quantum bonus est, sumus.²

Istum spiritum negaverunt qui posuerunt Deum produxisse res ex necessitate naturae, et non ex libertate voluntatis;

¹ Vgl. Ps.-Dionysius Areopagita, *De divinis nominibus* IV 1 (PG 3,694).

² Vgl. Augustinus, *De doctrina christiana* I 32 (CCSL 32; PL 34,32).

Thomas von Aquin

Schrift über die Sentenzen

Vorrede zu Buch II

*Sein Geist hat die Himmel geschmückt,
und durch seine hervorholende Hand ist die gewundene
Schlange hervorgebracht worden. (Ij 26,13)*

Die Betrachtung der Geschöpfe kommt den Theologen wie den Philosophen zu; aber auf unterschiedliche Weise.

[a] Die Philosophen betrachten die Geschöpfe nämlich, sofern sie in ihrer eigentümlichen Natur bestehen. Daher fragen sie nach den eigentümlichen Ursachen und Eigenschaften der Dinge.

[b] Der Theologe aber betrachtet die Geschöpfe, sofern sie vom ersten Prinzip ausgehen und auf das letzte Ziel hingeeordnet sind, das Gott ist. Daher wird sie [die Theologie] richtigerweise göttliche Weisheit genannt, denn sie betrachtet die höchste Ursache, die Gott ist. Daher heißt es in *Sir 42,17*: „Hat Gott nicht seine Heiligen gemacht, um von allen seinen Wundertaten zu erzählen?“

Auf diese Weise wird in diesem zweiten Buch von den Geschöpfen gehandelt; daher läßt sich sein Gegenstand aus den vorangegangenen Worten entnehmen, aus denen wir dreierlei ableiten können, nämlich [1] den Ursprung der Dinge, [2] das Wirken dieses Ursprungs und [3] die Wirkung dieses Wirkens.

[1] Im Hinblick auf den Ursprung wird zweierlei angesprochen, nämlich [1.1] der Geist und [1.2] die Hand: der Geist seiner Gutheit oder seines Willens, die Hand aber seiner Macht.

[1.1] Von diesem Geist heißt es in *Ps 104 (103),30*: „Sende deinen Geist, und sie werden erschaffen.“ Denn wie, nach Dionysius, die Sonne ihre Strahlen zur Erleuchtung der Körper aussendet, so verströmt die göttliche Gutheit ihre Strahlen, das heißt die Teilhabe an sich, um die Dinge zu erschaffen. Und daher sagt Augustinus, weil er gut ist, sind wir.

Diesen Geist aber bestreiten diejenigen, die sagen, Gott habe die Dinge aufgrund von Naturnotwendigkeit hervorgebracht, und nicht aufgrund der Freiheit seines Willens.

contra quos dicit Dionysius, quod divinus amor non permisit eum sine germine esse.¹

[1.2] Sed de manu potestatis eius in *Psalms*. 103,28: „Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate“. In manu siquidem eius erant omnes fines terrae, quia ab aeterno non nisi in eius potestate erant. Aperta enim manu clave amoris, creaturae prodierunt. Haec est manus de qua dicit *Isai*. 59,1: „Ecce non est abbreviata manus eius“: quia infinita sua virtute rerum substantiam in esse producit. Hanc manum abbreviare voluerunt qui a Deo nihil fieri posse ex nihilo astruxerunt.

Et sic apparet in productione creaturarum, Trinitas personarum.

[1.1] In spiritu ipse Spiritus Sanctus, de quo dicitur *Sap*. 1,7: „Spiritus Domini replevit omnem terram“.

[1.2] In manu Filius, qui etiam brachium Patris dicitur *Iob* 40,4: „Si habes brachium sicut Deus, et si voce simili tonas?“ Eo quod ipse est virtus et sapientia Dei, 1 *Corinth*. 1 [24]; et: „Omnia per ipsum facta sunt“, *Ioan*. 1,3.

[1.3] Sed in pronomine eius persona Patris exprimitur cuius est et Filius et Spiritus Sanctus de quo dicitur *Gen*. 1,1: „In principio creavit Deus caelum et terram“.

[2] Sed ex parte actus tangit etiam duo; scilicet [2.1] ornatum, et [2.2] obstetricationis officium.

[2.1] Ornatus pertinet ad dispositionem rerum, quia eas varia pulchritudine decoravit, ut dicitur *Eccli*. 42,21: „Magnalia sapientiae suae decoravit“. De hac etiam pulchritudine Boetius dicit: „Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse“.²

[2.2] Sed obstetricatio pertinet ad providentiae gubernationem, qua creaturas per se subsistere non valentes, ad modum obstetricis in esse conservat, necessaria in finem ministrat, et impedimenta repellit, etiam mala in bonum ordinando; unde dicitur *Iob* 38,8, secundum similem metaphoram: „Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens?“

¹ Vgl. Ps.-Dionysius Areopagita, *De divinis nominibus* IV 1 (PG 3,694).

² Vgl. Boetius, *De consolatione philosophiae* III 9 c.

Gegen sie sagt Dionysius, daß die göttliche Liebe ihm nicht erlaubt hat, ohne Frucht zu sein.

[1.2] Von der Hand seiner Macht aber heißt es in *Ps* 104 (103),28: „Öffnest du deine Hand, so wird alles mit Güte erfüllt“. In seiner Hand lagen ja alle Grenzen der Erde, weil sie nicht von Ewigkeit her waren, außer in seiner Macht. Als die Hand nämlich durch den Schlüssel der Liebe geöffnet wurde, gingen die Geschöpfe hervor. Dies ist die Hand, von der *Jes* 59,1 spricht: „Siehe, seine Hand ist nicht zu kurz“. Denn durch seine unendliche Macht brachte er das Wesen der Dinge ins Sein hervor. Diese Hand aber wollen diejenigen kurz machen, die behauptet haben, von Gott könne nichts aus nichts gemacht werden.

Und so wird in der Hervorbringung der Geschöpfe die Dreifaltigkeit der Personen offenbar:

[1.1] Im „Geist“ der Heilige Geist, von dem es in *Weish* 1,7 heißt: „Der Geist des Herrn erfüllt die ganze Erde“.

[1.2] In der „Hand“ ist der Sohn gemeint, der in *Ij* 40,4 auch Arm des Vaters genannt wird: „Hast du einen Arm wie Gott und kannst du mit ähnlicher Stimme donnern?“ Und dies deswegen, weil er die Kraft und Weisheit Gottes ist (1 *Kor* 1,24), und: „Alles ist durch ihn geschaffen“ (Joh 1,3)

[1.3] Im Pronomen „sein“ aber wird die Person des Vaters zum Ausdruck gebracht, dem sowohl der Sohn wie der Heilige Geist angehören und von dem es in *Gen* 1,1 heißt: „Im Anfang schuf Gott Himmel und Erde“.

[2] Im Hinblick auf das Wirken aber wird ebenfalls zweierlei angesprochen, nämlich [2.1] das Ausschmücken und [2.2] die Aufgabe des Hervorholens.

[2.1] Das Ausschmücken bezieht sich auf die Anordnung der Dinge, denn er hat sie mit vielfältiger Schönheit geziert, wie es in *Sir* 42,21 heißt: „Die Großtaten seiner Weisheit hat er geziert“. Von dieser Schönheit spricht auch Boetius: „Die Welt, die schöne, im Geiste tragend, bist du selbst der Schönste.“

[2.2] Das Hervorholen aber bezieht sich auf die Lenkung der Vorsehung, durch die er die Geschöpfe, die nicht imstande sind, durch sich selbst zu bestehen, in der Weise einer Hebamme ins Sein erhält, ihnen zuteilt, was sie im Hinblick auf ihr Ziel nötig haben, und Hindernisse beseitigt, indem er sogar Schlechtes auf das Gute hin ordnet. Daher heißt es in *Ij* 38,8, in einer ähnlichen Metapher: „Wer hat das Meer mit Toren verschlossen, als es herausbrach wie aus dem Mutterschoß?“

[3] Ex parte effectus duo tangit; scilicet caelum, et colubrum tortuosum.

[3.1] In caelo duo considerare possumus:

[a] scilicet stabilitatem, *Proverb. 3,19*: „Stabilivit caelos prudentia“,

[b] et indeficientem claritatem, de qua *Eccli. 24,6*: „Ego feci in caelis ut oriretur lumen indeficiens“.

Unde per caelos intelligere possumus creaturas quae in decore suo firmiter perstiterunt.

[3.2] Similiter in colubro tortuoso duo considerare possumus; scilicet [a] obscuritatem, et [b] obliquitatem.

[a] Primum in nomine colubri, obscuritatem intelligimus: quia coluber dicitur quasi colens umbram, quae sonat privationem lucis.

[b] Obliquitatem in hoc quod dicitur tortuosum; distortum enim est quod rectitudine obliquatur.

Et ideo per hunc colubrum tortuosum creaturae illae intelligi possunt quarum pulchritudo est per peccatum obscurata et rectitudo obliquata, et praecipue Diabolum, cuius invidia mors intravit in orbem terrarum, *Sap. 3 [2,24]*, et de umbrositate eius dicitur *Iob 40,16*: „Sub umbra dormit in secreto calami“; et de eius tortuositate dicitur *Isai. 27,1*: „Visitabit dominus in gladio suo duro et grandi et forti super Leviathan serpentem vectem, et super Leviathan serpentem tortuosum et occidet eum“.

Recte ergo caelos Spiritus ornasse dicitur: quia in creaturis quae suum ordinem servaverunt, et divina bonitas clarius resplendet, et decoris ornatus immutatus non est.

Recte etiam dicitur coluber tortuosus manu obstetricante eductus: quia in malis relucet etiam divina potentia per hoc quod cohibentur, et divina providentia per hoc quod eorum mala ordinantur in bonum.

Et sic patet materia huius secundi libri, in quo

[1] de institutione creaturarum agitur,

[2] et lapsu per peccatum Angeli vel hominis.

(*Lat. Text: corpushomisticum.org; dt. Übersetzung: HGN*)

[3] Im Hinblick auf die Wirkung spricht er zweierlei an, nämlich [3.1] den Himmel und [3.2] die gewundene Schlange.

[3.1] Im Himmel können wir zweierlei betrachten, nämlich

[a] seine Festigkeit: „Er hat die Himmel mit Weisheit befestigt“ (*Spr 3,19*),

[b] und sein unvergängliches Leuchten, von dem es in *Sir 24,6* heißt: „Ich habe im Himmel bewirkt, daß ein unvergängliches Licht aufgehe“.

Daher können wir unter den Himmeln die Geschöpfe verstehen, die in ihrer Zierde fest bestehen.

[3.2] Ähnlich können wir in der gewundenen Schlange zweierlei betrachten, nämlich, ihre Dunkelheit und ihre Gekrümmtheit.

[a] Das erste verstehen wir im Namen „Schlange“, denn „Schlange“ heißt gewissermaßen „den Schatten bewohnen“, der einen Mangel an Licht besagt.

[b] Ihre Gekrümmtheit aber [verstehen wir] darin, daß es heißt „gewunden“. Verdreht ist nämlich, was zur Rechtheit sich schief verhält.

Und daher können unter dieser gewundenen Schlange jene Geschöpfe verstanden werden, deren Schönheit durch die Sünde verdunkelt und deren Rechtheit verkrümmt ist, insbesondere der Teufel, durch dessen Neid der Tod in die Welt kam (*Weish 2,24*), und von dessen Schattenhaftigkeit es in *Ij 40,16* heißt: „Unter dem Schatten schläft er, im Versteck des Schilfs“; und von dessen Gewundenheit es in *Jes 27,1* heißt: „Der Herr wird mit seinem harten, großen und starken Schwert heimsuchen den Leviatan, die flüchtige Schlange, und den Leviatan, die gewundene Schlange, und wird ihn töten.“

Zu Recht heißt es daher, der Geist habe die Himmel geschmückt, denn in den Geschöpfen, die ihre Ordnung bewahrt haben, leuchtet sowohl die göttliche Gutheit strahlender wider, wie auch der Schmuck ihrer Zierde unwandelbar ist.

Zu Recht heißt es auch, die gewundene Schlange werde durch seine hervorholende Hand hervorgebracht, denn auch in den Bösen leuchtet die göttliche Macht dadurch wider, daß sie von ihr umschlossen sind, und die göttliche Vorsehung dadurch, daß durch sie Schlechtes zum Guten hingeeordnet wird.

Und so ist der Gegenstand dieses zweiten Buches offenbar, in dem

[1] von der Hervorbringung der Geschöpfe gehandelt wird

[2] und vom Fall durch die Sünde des Engels und des Menschen.